

CAP. XVIII.

*Quid commodi vel incommodi
ex Fraternitate illa in perpet-
tuum tecta, vel certo tempore
(ut iam factū) detecta, Reipub.
Et literarie accidere possit.*

*E*x productis huc usque Fraternitatis
R. C., legibus nihil mali iuspicari aut
præsumere reuera quis possit, nisi forte sit
natura Aranei malefica, qui ex floribus
quoque fragrantibus, unde apiculæ mel
comportant, venenum exsugit, non quasi
proprie venenum melli sit adiunctum,
sed quod alias optimum mel in veneni
speciem corruptat, dum necessum sit,
quod alimentum transeat & assimiletur
in substantiam & naturam aliti & non e-
contra: Phalangium, bestiola quidem
exigua est corpore, similis formicæ, (ma-
joram) ruffo capite, alias nigra, albis
intercursantibus respersim guttis, at a-
cerbissime pungit, in Sardinia lethifera

L 5 est